Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



59

supposito erat ei. Ait ihus Tollite lapide. Dicit
ei martha soror eius q' fiat mortuus. Dne iam
fetet. quadriduanus enim est. Dicit ei ihs. nonne dixi tibi quia si credideris videbis gloriam dei.
Idest gloriam eius in iustificatione fidei tui. Tulerunt ergo lapide ad sepulchrum. Ihus autem elevatis
sursum oculis. ut nobis ostenderet formam orandi quae
est pro elevatione mentis in deum. dixit. Gratias tibi ago pater
quoniam audisti me. dns enim pater celestis magnificentissimus
est. et ideo ex gratiarum actione de petitis ad sequentia omnia
ad petitionem vocatur. Ego autem sciebam quoniam semper me audis.
In his et quae rogabat absolute volebat. Deliberativa vo-
luntate quae formabat voluntati divine. et sic exaudiebat. sed propter eos qui circumstant dixi ut credant quia tu
me misisti. Hoc cum dixisset voce magna clamavit
Lazare veni foras. hoc fecit ad declarationem miraculi.
quia si dicere in silentio posset dicere adhuc sanus quia verba
magica dixisset. Ut statim prodiret qui fuerat mortuus
quia virtute divina operatur in instanti. Ligatus manibus
et pedibus in fasciis et facies illius erat sudario ligata.
In quo declarat virtutem divinam quae non solum suscitavit mor-
tuum. sed et fecit eum ligatum. eo modo quo fuerat positus
in sepulchro. Dicit eis ihs. Solvite eum et sinite
abire. ut ondat vita suscitatus et non fantastice poni
vite. amici tam hilarem et in festo ire. Et tunc vinus per
seipsum posset eum solvere. voluit tamen hoc fieri per alios.
ut accedentes de prope et tangentes. ex visu et tactu
essent testes miraculi efficacioris. Multi ergo ex
iudeis qui venerant ad mariam et viderant quae fecit.